

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Georgio Alexandrino episcopo, & Hierosolymorum archiepiscopis, &  
quòd post Cyrillum cum Episcopi tres illic præfuißent, tandem Cyrillus in  
Hierosolymorum sedem denuò reuersus sit. Capvt XXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

## CAPVT XXVIII.

**A**caciani verò adhuc quiescere non poterant, sed Antiochiae rursus in vnum cum paucis quibusdam congregati, decreta, quæ ipsi sanciuerat, insimulabant: statuebantque nomen, **SIMILE**, ex formula fidei Arimini & Constantinopoli perlecta eximendum esse, & filium patrum substantia, tum voluntate dissimile esse, & ex nihilo ortum, sicut Ario iam ab initio placuerat, docebant. Quibus fuere subsidio sectatores Aëtij: qui primus post Arium his nominibus palam ausus est vti. Vnde factum est, vt tū ipse **Ætop**, id est, auersus à Deo, tum eius doctrinæ approbatores Anomiani, & Exucontij, id est, filium patri dissimilem, & ex nihilo ortum statuentes. Ac cum fautores decretorum concilij Nicæni sciscitarentur ab illis, quemadmodum cum filium Deum de Deo confiterentur, eum dissimilem patri, ex nihilo ortum, idque contra suam ipsorum fidei formulam, asserere auderent, respondebant Paulum apostolum dixisse: omnia ex Deo esse: & filium in hac voce, **OMNIA**, includi: hacque ratione scriptum à se propositum, in quo fidem secundum diuinæ scripturas exposuerant, intelligendum esse. Atque istud quidem hoc modo inuertere, captioseque eludere conati sunt. Ad extremum cum non possent his, qui eos accusarent arguerentque, satiis plenè respondere, lecta denuò fidei formula Constantinopoli approbata, decedunt, & ad suas ipsorum ciuitates reuertuntur.

*Rom. 11.*

**D**e Georgio Alexandrino episcopo, & Hierosolymorum archiepiscopis, & quod post Cyrilum cum Episcopi tres illic præfuerint, tandem Cy-  
rillus in Hierosolymorum sedem denuò reuersus  
sit. CAPVT XXIX.

**E**odem tempore, Athanasio adhuc in occulto latitante, Georgius Alexandriam reuersus, cum Gentiles, tum Christianos, qui opinione ab ipso discrepabant, gravibus afficit incommodis. Vtrosque ad suam religionem

N iiij per

S O Z O M E N I H I S T O R.

per vim traducere conatus est: & si qui renuerent, eos acci-  
bè exagitauit. Habebatur odio tū à viris principibus, pro-  
pterea quòd ipsos contemnere, & magistratibus imperare,  
tum etiam plebi, quòd tyranni partes agere, & omnes po-  
tentia superare visus est. Sed maximè omnium Gentilibus  
inuisus erat, & quòd immolare idolis ipsos, & quòd dies  
festos patrios agere prohibuerat, & quòd militibus ac du-  
ce Aegypti cum armis id vrbē introductis, statuas, moni-  
menta, & omnia fanorum ornamēta abstulerat. Quæ  
causa extitit, cur sit postea imperfectus, vti mox dicā. Pono  
Cyrillo abdicato, vt diximus, ecclesiæ Hierosolomitanae  
episcopatum capessit Herennius: cui succedit He-  
raclius: ei autem deinceps Hilarius. Nam hos  
eo tempore illam rexisse ecclesiam ad impe-  
rium usque Theodosii accepimus. cu-  
ius temporibus, Cyrillus ad eam  
dignitatis sedem reuertit.

QVARTI LIBRI FINIS.

HERMIAE